



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Religio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ne scire aliquem, qui male acceperit. num.

116.

Regulariter loquendo tertia persona non debet accipere, etiam occulte, id quod est debitoris, & non vult restituere, nec commode compelli potest ut restituat. num. 117. fecus in vxore, ut dicetur. tit. vxor. Qui occulte accipit, quod dubitat esse suum, retinetur restituere durante hoc dubio. num. 117.

Recompensatio non habet locum in iniuriis verborum. cap. 18. num. 46.

RELIGO.

RELIGO sapè significatur sub nomine pietatis, atque est pars iustitiae annexa. cap. 14. num. 1. 2. est maxima inter virtutes morales. cap. 11. num. 21.

Est autem *virtus inclinans ad honorem & cultum Dei, tamquam principij, à quo sumus, & in quo vivimus: & præcipitur in Scriptura. cap. 14. num. 1. cap. 11. num. 19. 22.*

Falsæ autem religionis quatuor sunt species. I. Perniciosus, vel superfluuus cultus Dei. II. Idololatria. III. Diuinatio. IV. cultus exhibitus creaturæ ad directionē nostram.

Tt 4 Omnes



Omnis hæc species sunt de se mortales: excepta prima, cùm est superflua, non tamen contraria legi diuinæ, vel humanæ: & quarta, bona fide, vel præ ignorantia, quæ tuum sunt veniales. cap. 11. num. 21. 24.

RELIGIOSVS I.

in communi.

RE L I G I O S V S D. Benedicti tenetur confiteri vnoquoque mense. cap. 2. n. 8.

Religiosus, cui ex statuto suæ religionis, & mandato sui Superioris, prohibitum est audire confessiones, potest absoluere, a reuinalibus validè, sed non licet: si verò non prohibetur, potest etiam licet. cap. 4. num. 6. etiam sine licentia. ibid.

Religiosi qui virtute suarum bullarum poterant ante Trident. confiteri clericis secularibus, possunt etiam modò. cap. 4. n. 1.

Dubitans de sua idoneitate ad munus confessionis: sed iussus bona intentione à praefato suo, licet potest audire; & prælatus etiam id præcipere si iudicat eum dignum. num. 6. Ad quid possit obligari per prælatum. vide Prælatus.

RE L I G I O S V S II. Quoad ingressum.
Solum